



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Octiduana Recollectio, ordinanda est, etiam ad pœnas purgatorij
eudadendas, pro qua retraduntur motiua eas euadendi. Cap. X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

Enacade diei florem eius *παρθεϊαν*, quasi *παρὰ θεῶν*, quod est virtute, homo similis Deo fiat. Huc spectat egregiè dictum à Photio, *virginitatem augmentum esse sufficientiæ*, & accessus ad Deum sibi sufficientissimum se solo. Quin etiam ipsas virtutes (quæ, ut supra ostentum est ex SS. Patribus, faciunt hominem similem Deo) Virgines nominarunt veteres Philosophi, ut obternat Gregorius Neocæsariensis.

130. Duodecimò, similes Deo nos facit rerum mundanarum contemptus. Quà de re sic S. Ambrosius l. 10. in Lucam: *Non equalitatis ad Deum homini, sed similitudinis emulatio est. Solus enim Christus est plena imago Dei, propter expressam in se paternæ claritudinis unitatem. Iustus autem homo ad imaginem Dei est, si propter imitandam Divinæ conversationis similitudinem, mundum hunc Dei cognitione contemnat, voluptatēq; terrenas Verbi perceptione despiciat, quo alimur in vitam, unde & corpus Christi edimus, ut vita aeterna possimus esse participes.*

Decimoterziò, beneficentia erga alios, Deo nos similes reddit. Beneficentiam verò voco, omne genus officij, auxiliij, obsequij, quod homo possit præstare alteri id petenti, vel, etsi non petat, illo indigenti. In quoniam enim statu, etiam in religioso paupere, potest exhiberi talis beneficentia, proportionem quadam cum beneficentiâ diuinitum. Quà de re sic S. Gregorius Nazianzenus è suggestu nimis seuerum Præfectum allocutus est: *Hac vnâ in re patere te vinci, ut humanitate nos superes. Nihil tam diuinum habet homo, quàm beneficentiam, ac bene de hominibus merendi studium. Licet tibi nullo labore diuinitatem assequi: noli oblatam diuinitatis adipsicende occasionem omitttere. Cum Christo imperium geris, cum Christo prouinciam administras: ab illo gladium accepisti, non tam ut eo vitas, quàm ut mineri ac terras.*

His ergo modis renouanda est tuæ animæ imago, & assimilanda Deo, declinando à malo & faciendo bonum, iuxta finem communem omnibus & propriam cuiusvis Congregationis, quod non assequeris, nisi te viceris, & vitæ tuæ rationem (*determinatione à noxijs affectibus libera*) institueris. Hic enim scopus est spiritalium meditationum.

CAPVT DECIMVM.

Otiduana Recollectio ordinanda est etiam ad pœnas Purgatorij euadendas, pro quâ re traduntur Motiua eas euadendi.

1. p. q. 8. 2. 6. c. 4. diuin. nom. Coll. 6. cap. 3. Talscul. 3. CVM duplex sit malum, culpæ & pœnæ, & plus habeat de ratione mali culpa quàm pœnæ, ut ait S. Thomas, imò propriè loquendo, sola culpa & peccatum sit malum, ut ait S. Dionysius Areopagita, & Abbas Theodorus apud Cassianum, & Cicero id lumine naturali agnouerit; tamen cum iudicio hominum pro malo

habeatur quæuis pœna, & sæpè magis hæc timeatur quàm culpa & offensâ Dei, ad perfectam renouationem nostræ animæ, suadeo, ita hæc Exercitia Octidvana peragere, ut in his (modis paulò post indicandis) libereris ab omni obligatione luendæ in hac vitâ & in purgatorio pœnæ, ita, ut si te contingeret mori statim post datum Exercitiis finem, rectâ possis ire ad cælum, sine vllis pœnis purgatorij. Deinde ut viuendo diutius, ita deinceps vitam tuam instituas, ne moriaris pœnas in purgatorio luiturus. Hoc ut assequaris, duo tibi ponderanda proponam:

Primò, Causas ob quas optare debes, ut sis liber à purgatorij pœnis.

Secundò, Modos eas euadendi.

Causæ mouentes ad euadendas purgatorij pœnas, sunt hæc:

PRIMA, Gloria Dei & gustus maior qui enim sine purgatorio ite rectâ ad cælum, citius Deum glorificat, facie ad faciem eum aspiciens, & suâ pulchrâ præsentia oblectans, qualem nō habet is, qui est obnoxius pœnis purgatorij: id eò Deus etiam sanctissimos homines, non admittit ad suum in cælis conspectum, quamdiu residet in animâ obligatio pœnæ alicuius luendæ. Illi enim qui in cælo sunt, sine vllâ maculâ sunt, & sicut pater ac mater valdè oblectatur videns filij sui pulchram faciem, nullâ maculâ fordidatam, ita simili modo talium aspectu & in hac vitâ & in alterâ oblectatur Deus.

Secunda, Gloria Christi inde maior exurgit, quia magis dilatatur & apparet fructus Redemptionis nostri per Christi mortem, & vitam, & merita, peractâ, ei applicatus, qui rectâ ad cælum ite, & viuere dispositus ad eundem rectâ sine purgatorio.

Tertia, Maius ornamentum Ecclesiæ Sponsæ Christi est, si tu qui es membrum eius, non tantum vixeris sine peccato, quantum fieri potest, sed etiam sine obligatione pœnæ, beneficio Sacramentorum sanctæ Ecclesiæ ad id relictorum, & beneficio auxiliorum gratiæ id præstantium, & beneficio operum supernaturalium, ac satisfactionum ad hoc ipsum ob Christi Sponsi tui merita conducentium, qui, ut ait Apostolus, dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro eâ, ut illam sanctificaret & exhiberet sibi gloriosam, non habentem maculam (peccati) aut rugam (pœnæ) aut aliquid huiusmodi (scilicet imperfectiones & defectus, etiam inculpabiles) sed ut sit sancta & immaculata.

Quarta, Maius ornamentum est Curie celestis, & gaudium, dum eò intrat anima, nullis in purgatorio pœnis detenta & castigata, sicut maius ornamentum & gloria Regum Curie est, si eam intrent homines qui nullis antea debitis & carcerum ignominijs fuerunt infames.

Quin-

Quinta. Maior hinc oritur dæmonis inimici Dei, confusio, dum eius manus quis euadit. Certum est enim ex Reuelationibus S. Brigittæ & Christinæ Mirabilis, & aliis authenticis historiis, in purgatorio multas animas (non omnes) torqueri Dei iussu, operâ dæmonum, qui cum id ex Dei odio etiam faciant; qui Deum verè amat, conatur non dare dæmoni occasionem & materiam Odij contra Deum, & contra animas Christi sanguine redemptas exendi.

132. *Sexta.* Incredibilis grauitas pœnarum purgatorij id exigit, sunt enim maiores omnibus Martyrum martyriis, & omnibus suppliciis latronum simul sumptis: vti docent S. August. S. Cæsarius, S. Anselmus, S. Gregorius Papa, Beda, Magister sententiarum & eius Commentatores, Ricardus, S. Thomas, Bellarminus; cui falsò adscribitur quasi optasset esse in purgatorio vsque ad diem iudicij, dummodò posset esse in cælo, & de hac re certus. Nam cum meo tempore id de eo in Collegio Romano sparsum fuisset circa Annum Domini 1596, in publica Exhortatione, me id audiente refutauit, tanquàm immeritò sibi adscriptum, & se contrarium optare & sentire.

Immodò, vt ait S. Cæsarius, *Purgatorij ignis diuor est, quàm quod posuit pœnarum in hoc seculo aut accidere aut sentiri, aut cogitari.* Et S. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus in Elucidario, post mortem, ait, in purgatorio minimum, maius esse quàm maximum quod in hac vitâ excogitari posuit. Et S. Thomas, & Scotus, minimam pœnam purgatorij, dicit esse maiorem, maximâ pœna huius vitæ; ad quod inclinât Suarez to. 4. in 3. p. dist. 45. sect. 3. n. 4. & dist. 46. sect. 3. num. 7. Quis posset enumerare quàm dura tormenta & acerba passi sint quàm plurimi Martyres? Notum est S. Laurentij Martyrium in craticulâ lento igne dirè affati. S. Erasimus plumbatis sustibusque dedolatus, resinâ perfusus, sulphure, plumbo liquefacto, feruenti pice, ceraque ac oleo bulliente, implicatus catenis ferreis grauissimisque innexus, tunicâ candente indutus, ignitâ in sede diu positus, tandem gladio ferit. S. Clemens Ancyranus per 28. annorum spatium à variis Tyrannis crudelissimè excruciat. S. Theodorus aded vngulis excarnificatus, vt eius costæ nudarentur, S. Bonifacius præter vngularum excarnificationem, sibi inter manuum vngues & carnem acutos calamos infigi sentiebat, ac liquefactum plumbum ori suo infundi. SS. Vitus, Modestus & Crescentia, in vas liquato plumbi, feruenti resinâ, ac pice bulliente repletum immersi. SS. Processus & Martinianus equuleo torti, sustibus cæsi, candentibusque laminis adusti. S. Iustus galeâ candenti indutus, S. Priscus pugionum ictibus per singula corporis membra punctim perforatus. SS. Eustachius & Theopista eius vxor, Agapitus, Theopistusque co-

rum filij, in taurum æneum flammis suppositis candentem immisi. S. Vincentius verberibus punctus, equuleo tortus, in craticulâ affatus, ferreis vngulis excarnificatus, laminis candentibus perustus, & in testaceis fragmentis, ne somno fortè frueretur, volutatus fuit. S. Hippolytus equis indomitis, quibus alligatus erat, per tribulos & sentes raptatus. S. Victor in molâ pistoriâ contritus. Gorgonius flagellorum ictibus toto corpore perforatus, acetum sale perfusum in vulnere diffundi pertulit, post in craticula affatus, tandem laqueo suffocatus est. S. Agapitus 18. annos natus, diuissimè primò flagellatus, inde in caput eius ardentes carbones impositi, mox diuissimis iterum affectus verberibus, pedibus ab alto suspensus subiecti ignis fumo cruciatus, postea feruens aqua in eius ventrem infusa, maxillâ fractâ, feris tandem obiectus est. Wandali iussu Regis in Ecclesiâ portis videntes faminam vel vtum in specie suæ Gentis incedentem, palis minoribus dentatis iactis in capite, crinibusque in eisdem collocatis vehementius stringentes, simul cum capillis omnem pelliculam capitis auferabant. His omnibus minima purgatorij pœna est longè maior. Et, vt author antiquus (sed non Cyrillus) apud S. Augustinum Epist. 206. to. 2. scribit, audiuisse se à quodam resuscitato per saccum S. Hieronymi; *Omnia tormenta huius vitæ, comparata minima pœna purgatorij, sunt solatia: Mallet enim quilibet viuentium omnes quæ hîc videntur pœne, tormenta, & si illas experientia nosceret pœnas, vsque ad finem mundi, omnibus his simul sine remedio cruciari pœnis, quas omnes homines ab Adam hucusque sigillatim perierunt, quàm vnâ die in inferno, siue in purgatorio, minori quæ illi habetur pœnâ torqueri.*

Et Christus S. Brigittæ dixit de quodam ad 1.6. R. ca. purgatorium ituro: *Sic in purgatorio amarum habebit anima eius supplicium, quod nullus mortalis est, qui posset illud cogitare.* Et tandem sic concludit Christus Dominus: *Quid ergo patienter illi, qui omnem voluntatem suam in mundo habent, & nullis tribulationibus fatigantur?* B. Ioanna de Cruce dicebat suis Monialibus, post multas visiones & reuelationes de pœnis purgatorij habitas, eas esse acerbiores omnibus tormentis huius vitæ.

B. M. Magdalena de Pazzi in extasi existens dixit: *Omnia tormenta, quæ passi sunt Martyres, sunt tanquam amenus hortus respectu eorum quæ insurgunt in purgatorio.*

Quæ pœnarum purgatorij grauissima acerbitas, confirmatur aliquot miris exemplis, quæ Zacharias Bouerius refert in Annalibus PP. Capucinatorum. Nam romo 2. scribit Fratrem Constantinum à Salvatore, virum alioqui valde sanctum, & gratis gratis datis in vitâ & post mortem ornatum, nonnullis post obitum diebus apparuisse Patri cuidam, à quo cum de suo in alterâ vitâ statu interrogatus fuisset, Respondit: *Huius ben frater, quàm districta Domini iudicia sunt,*

Aug. in Pl. 17. & 1. de cura pro mort. cap. 8. Cæsar. A. rel. h. 8. Ansel. in 1. Cor. 3. Greg. in Pl. 3. pœnit. Beda in Plal. 37. Mag. in 4. d. 20. Th. Opu. 63. c. 2. & 3. p. q. 46. a. 6. ad 1. & ad 3. Bella. de amiss. gra. e. 13. & l. 2. de purg. c. 14. Palud. in 4. d. 20. q. 1. a. 1. concl. 4. Ricard. d. 20. tr. 2. q. 1. Scot. d. 27. q. 1. Sor. d. 30. q. 3. conc. 2. Th. in 4. d. 27. q. 1. a. 1. questione. 3.

pag. 66
n. 17.
157.

vic. 17.

l. Ap.
cap. 54.

2. p. vic.
cap. 11.
pag. 169.

pag. 104.
num. 60.
An. 1586.

sunt. atque ab hominum sensu ac sententiâ longè remota: quæ enim viuentibus virtutes videntur, à Deo plerumque, qui rectè omnia metiri nouit, vitia iudicantur. Ego quidem ex Dei miseratione salutem consecutus celestis gloria fruor; verum tamen in purgatorio igne triuano pœnas exolui, quæ triuul millium annorum (haud mentior) mihi diuturna supplicia visa sunt. Quod si horum causam queris, ea gemina fuit: Primâ, Quod ex diuturnâ meâ inter Fratres prelatione, pleuraq; maculas quas nec maculas existimabam, imprudenter contraxerim ac plurima prætermiserim, quæ Superioris mînus, & commissi mei gregis officium postulabant, quæ summo rigore in Dei iudicio examinata facte Altera. Quod in animi remissionibus, quas in rã solius virtutis remissionibus contrahere debeueram, erga subditos indulgentior quàm par est existerim; ex quo plerumque dissolutiones erumperent. His ad posteriorum quoque disciplinam dictis, protinus ad celestia remeant.

Aliud exemplum habet Tom. i. Annal. de quodam Fratre in Prouinciâ Romanâ agrotante, qui ad vitæ exitum properabat, & ab alio simpliciter petuit, vt circa horam nonam, quo tempore sibi ex hac luce emigrandum esse, Diuinâ reuelatione acciperet. Deo sacrum Missæ Sacrificium pro eo offerret: id enim sibi à Deo reuelatum esse significauerat, se purgatorij pœnâ tantum diu detinendum esse, quoad vnicuius Missæ sacrificium absolueretur. Cui cum Franciscus promptè annuisset: ipsa nonâ horâ quæ agrotans ex hac vitâ decedit. Missæ Sacrificium inchoat, & ad finem vsque perducit. Vix is Sacerdotales vestes exornat, & de more Deo grâtiâs agens pro defuncti animâ preces & lachrymas offerebat, cum defuncti vocem se vocantem audit. Franciscus, Franciscus. Cui Franciscus, Quis es tu quem me vocantem audio? Sum inquit ille, defuncti fratris anima, pro quâ sacrum Missæ sacrificium obtulisti. Heu, Heu Pater mi, quàm longè hanc Missam produxisti. Cui Franciscus: Quid ais: inquit, vix media post obitum tuum hora elapsa fuit. At ille, Tam longa ait, hæc mora mihi visa fuit, vt annum mihi in pœnâ præteruisse viderem, iamq; inde nisi post diuturnum tempus emergere planè desperaueram. Tam Deo & tibi gratias ago, nunc enim à pœnis solutus, in calum conscendo. Pax tibi: hu dictis euasit.

Antiquius Exemplum refert Thomas Cantipratanus S. Thomæ Aquinatis Condiscipulus, & discipulus B. Alberti magni: Quanta, inquit, est prudentia in hac vitâ pœnitentiam agere, Exemplum subsequens demonstrabit. Erat vir fidelis & bonus, sicut predictus Magister Albertus Frater Ordinis Prædicatorum, & postea Ratisbonensis Episcopus, sibi ab his qui rem familiariter nouerant, traditum referebat, qui post diuturnam pœnitentiam quam sanus fecerat, in languorem grauissimum incidit, quo per annum non modicè tribulatus; cum lachrymis rogaust Dominum, vt toti languori concessa morte, finem imponeret. Nec morâ, missus ad eum Angelus Domini dixit ei: Exaudiuit Dominus precem tuam, sed eligat quod vis, aut tribus diebus pœnâ purgatorij torqueris, si nunc decedat, aut si adhuc per annum in languore

manere volueris, sine vilo purgatorio ad Superos euolabis. Tunc ille presentem pœnam recolens, nec futuram aduertens, respondit: Mori potius eligo, & non tantum tribus diebus, sed quantum Domino placuerit in purgatorio tribulari. Fiat, inquit Angelus, secundum verbum tuum. Nec morâ: Languens morte solutus est, & eius anima in purgatorium deportata. Vno ergo die exacto, venit Angelus ad locum purgatorij vbi animâ torquebatur, & dixit ei: Quid nunc agis anima, quæ pro languore vnus anni, tribus diebus elegisti in purgatorio detineri? Cui anima: Seductor, inquit, non Angèle, qui me in pœnis multis annorum curriculum, pro triuul dierum spatio sefellisti. Et Angelus, non morâ, inquit, sed inestimabili tormentâ decepta es, quia non nisi vnum diem de tribus in purgatorio peregisti. Tu tamen adhuc si retractare volueris quod elegisti, Dominus miserebitur, vt ad corpus tuum quod nondum sepultum est, reporteris, & per vnum annum languorem quem expertus es, patiaris. Cui anima: Annos, inquit, vt non per vnum annum tantum, sed vsque in finem mundi languore etiam detinear acrore. Hoc dicto, anima reportatur ad corpus, & per annum, in languore detenta, multos quibus hoc retulit, ad pœnitentiam animauit, & post annum vnum, iteratò defuncta transiit ad superna.

Quis ergo erit tam inconsideratus, qui id credens, non curet detrudi ad pœnas illas post mortem, si eas hinc viuens possit euadere? Quis audebit deliberatè peccare, & se pœnis illis sic peccando reddere obnoxium? Si quidem nullus auderet deliberatè peccare, si certò sciret, se post centum talia peccata, imò post vnum solum, combustum iri in foro viuum, vel in rotam viuum actum iri. Pondera hoc, & consule rebus tuis, & tanquam à facie colubri deinceps Eccl. 21. fuge quoduis peccatum veniale deliberatum, & pœnas peccatis indeliberatis aliisque debitas, hinc, dum vitas, quamprimùm abolerè stude. Nam si Christina Virgo, teste Thoma Cantipratano & Iacobo de Vitriaco Cardinale, in vitâ B. Mariæ Oghnacensis, eius coæuo eique noto, & teste Dionysio Carthusiano lib. de 4. Nouissimis ait 50. (quem Bellarminus appellat, Virum sanctissimum & doctissimum, Molanus, eruditione, sanctitate & reuelationibus clarum: Sixtus Senensis, Virum eruditionis & sanctitatis summæ: Serrarius, virum doctrinâ & sanctitate præstantem) Christina, inquam, per quadraginta duos annos incredibilibus modis se excruciauit (postquam pœnas purgatorij diuinitus sibi ostensas post mortem vidit, & diuinitus resuscitata ad corpus suum rediit) vt aliorum animas ab iis liberaret, quanto magis se tam diris (vt paulò post patebit) pœnatum generibus conficisset, si pœnas illas experta fuisset, aut pro se præparatas agnouisset, vt tu potes agnoscere tibi præparatas ni te hic purgaueris.

Ingredebatur Christina in ardentem cilibanos coquendus pambus preparatos, & illis incensis haud seclusus atque aliquis e nobis cruciabat, ita, vt præ angustia

133.
Sur. 23.
Iun. c. 6.
8. 9.
Bell. de
scrip. Ecc.
Mol. in
Natal. SS.
Belgij
Sixt. in
Bibl. I. 4.
Serr. in c.
8. Tob. q.

pag. 661.
217. A.
1167.

La. Ap. d.
cap. 14.

stia & dolore horrendos ederet clamores. Quando ad manum non erant eiusmodi furni, in hominum adibus iactabat se in copiosos ignes, vel pedes tantum aut manus immittebat, tam diu illic tenens, ut nisi Diuino seruata esse miraculo, non potuerint non in cineres redigi. Interdum deponebat se in cacabos plenos bullientis aque, usque ad mamillas, vel si non essent profundi satis cacabi, usque ad renes, membra illa, qua in aquam eiusmodi mergere non poterant, aqua feruienti persudens: sub aquis Mose fluminis hyberno tempore, cum rigerent omnia gelu, crebro & diu morabatur, sex & eo amplius diebus in eis perdurans. Solebat etiam hyeme sub molendini rotâ erecta stare, ita ut aqua, vertente se rotâ, in medium verticem & rotum corpus eius delaberetur. Interdum in aquis natans, simul cum illis ferebatur in rotâ, atque ita horrendum in modum circumagebatur cum ipsa rotâ. In rotâ etiam quibus pirata plerumque puniri solebant, inflat eorum, qui illi excarnificantur, contorquebat brachia & crura sua, nunquam in patibulo inter fures ab illo pendentes se suspendebat, ad vnum & alterum diem. Sæpe in monumenta mortuorum ingrediebatur, lugens illic hominum peccata. Surgebat quandoque mediis noctibus, & totius Oppidi Trudonensis (in Hasbania) canes in se concitans, ante illos ipsam insectantes inflat fera cuiusdam cursitabat, sicque per densa & per densos vepres & spineta agitata, adeo ab illis compungebatur & laererabatur, ut nulla corporis eius pars vulneris esset exempta. Alias ipsa se sua sponte spinis & sentibus compungebat, ut toto corpore sanguine persusa videretur. Præter has sanguinis profusiones, sæpissime permultum sibi sanguinis vena sectione detrahebat. Et multis aliis modis lachrymis perpetuo mœrens, ieiuniisque se conficiebat. Mortua anno 1224, quo die, incertum. Sed, ut rem hanc magis apprehendamus, præstat intelligere, quid dixerit primâ vice resuscitata.

c. 3. vice.

Statim, inquit, ut è corpore excessi, animam meam exceperunt lucis Ministri Angeli Dei, deduxeruntque, illam in locum quendam obscurum & horridum animabus hominum reſertam. Quæ verò tormenta eo in loco conspexi, ea tam immania & acerba fuerunt, ut natus possit sermone id explicare. Vidi illic non paucos vitâ sanctos, mihi cum viderent non ignotos. Valde autem miserata ego animas illas miserabiles, quærebam, quis esset iste locus. Suspicabar enim Tartarum esse. Responderunt mihi duces moi, Locum esse purgatorij, vbi peccatores, quos in vitâ quidem peccasse penituisset, sed non satis, scelerum suorum meritas pœnas darent. Inde perduxerunt me ad inferorum supplicia, in quibus etiam agnouî quosdam mihi olim in vitâ notos. Postea verò translata sum in paradysum, usque ad Thronum Diuinae Maiestatis: (non re ipsa, ut opinor, sed in visione, quomodo etiam multi viui serui Dei vident Thronum caelestem, & Choros Beatorum, animâ existente in corpore viuo) vbi cum viderem gratulantem mihi Dominum, ultra omnem modum iactabar, quod arbitrarer illic me deinceps cum Domino in omnem aeternitatem permanuram. At ille mox respondens desiderio meo: Reuera, inquit, dulcissima filia, hic mecum eris: sed nunc primum è duobus mo-

lis, optionem tibi facio, vel aeternim hic nunc apud me permanere, vel redire in terras, ibique, in mortali corpore absque illius detrimento, pœnas perferre, usque omnes illas animas, quas in locis purgatorij miserabaris, liberare & eripere, effluereque, ut homines adhuc in corpore manentes, tuae penitentia & vita exemplo ad me conuersi, à suis facinoribus abstineant & resipiscant: peractisque omnibus ad me tandem multis aucta meritorum cumulu reuerſi. Ego verò absque vllâ cunctatione, sub conditione mihi prepositâ, dixi, me velle ad corpus redire. Et pius Dominus, gratulans quod me promptam obtulissem, iubet animam suo corpori restitui. Et eâ horâ qua in Missæ sacrificio, quod pro me fiebat, dicebatur primò Agnus Dei qui tollis peccata mundi etc. Anima mea sistebatur coram Throno Diuinae Maiestatis, cumque, tertio id repeteretur, beati spiritus me corpori reddidit. Sec, propter hominum emendationem & correctionem ad corpus reuocata sum: itaque deinceps oro, ne vos perturbent ea, qua visuri estis in me. Excedent enim meritis humana captum, qua Domino volente fient in me. Quando B. Veronice Virgini Augustinianæ fuerunt ab Angelo monstrata tormenta in purgatorio, præsertim quæ patiebantur personæ religiosa vtriusque sexus, ob leuem etiam inobedientiam in Superiores, ac segnitiam in exequendis Diuinis, & ob inane murmur quarundam Sanctimonialium in suum Confessorem, postquam ab illâ visione ad corpora officia rediit, & sensus, vehementer tristitia, inuidi doloris, ingentisque, horroris signa dedit, manuum percussioibus, motu capitis, voce, flebili, & dixit: Heu! Heu! quales hodie pœnas quasie tormentorum genera vidi ab usdem tormentibus qui sunt in inferno inflata. eodemque, igne inferni: Hac cum diceret, inter verba solo dilabatur Veronica, febris vehementer Virginem arripuit, signaque, toto corpore virgineo, igne veluti micantia, magnitudinisque, instar palmae manus apparuerunt. Ita sunt magna & inexcogitabilia tormentorum genera in purgatorij ignibus.

Non est mirum tam valde Christinam se pro animabus enecasse purgatorij, & Veronicam illud expanisse, quia facile homo contrahit debitum illas subeundi pœnas, & difficile ab iis liberatur & grauissimè in iis torquetur. Scribit P. Iulius Mancinellus in suorum luminum libello primo, apparuisse sibi sacrificanti, quendam Patrem nostrum importunantem illum, ut pro se oraret. Obiecit autem Pater ille ante 5. vel 6. annos. Ex quo intellexit, non ita facile animas nostras transferri in calum, sed exactâ purgatione indigere, præsertim cum serè cerd crederet, Patrem illum, nunquam incidisse in peccatum mortale post ingressum in Religionem, & autem rarissimè & casualiter, quoniam sibi serè semper erat confessus: sed in Religione habuit aliquos defectus, puta turbationis, seueritatis, & tenacitatis proprii iudicij, & inanis gloriae, in hoc, ut haberetur Operarius alicuius existimationis & pretij, cum tristitia & pusillanimitate sustinens huius rei contrariam opinionem.

Scribit Vincentius Belluacensis libr. 7. hist. c. 109. Monachum quendam in extremis agentem an-

lib. 7. vit. cap. 10. apud Belland.

134.

pag. 116.

sequenti

tequam decederet, raptim in spiritu ductum, ad loca
penarum infernalium, vidisse animas multas veribus &
conis acuminatis infixas, ad rogam maximum in
modum anferum torrenti & affari, ipsiq; crudelissi-
mos tortores, sufflatoris alisque igneis instrumentis,
miserorum tormenta totis visibus aggregantes. Alij
verò patellas & sarcinas ignitas de subris iacentes
ponebant, adipemq; qui de ardentibus iacentium mem-
bris fluebat, diligentissimè colligentes, eundem rursus
bullentem & feruentem, super eos, à quibus fluebat,
refundebant, quam penam ceteris cruciatibus into-
lerabilem esse, considerabat. Post hæc ductus est
ad quandam refrigerij locum, ubi multitudinem ani-
marum, quasi post gravem aliquem laborem quies-
centium inuenit. Interrogatusq; ab Angelo ductore suo,
si sciret que hæc essent, se necesse respondit. Sanctus
verò Angelus dixit ei: Hi, quos vidisti ad ignem illum
per maximum affari, homines sunt Ordinis tui, qui
licet criminalibus peccatis se nequaquam sedauerint,
non tamen, sicut monet Scriptura, seruire Domino in
timore & tremore, curauerunt, non disciplina censu-
ram tenere, non quietis & silentij patientes esse, non de-
nique vigiliarum & orationum solemnem deuotionem,
neque laboris sancti Psalmodia executionem strenuè
sicut oportet amulari studuerunt, sed magis curiosi, sa-
cros, (notet Lector, quomodo hi defectus multis
communes, à multis pro leuissimis habitis, pun-
tantur in purgatorio) vagi, superflui, desidijs, pi-
gi, somnolenti, signis, iocis, & leuitatibus indulgentes,
Monastica professionis puritatem violare non timue-
runt, qui postquam secundum acquissimam Dei sen-
tentiam in supra visis penis, alij breuiss, alij proli-
xijs, pro quantitate & qualitate excessuum suorum
purgati fuerint, mediante gratiâ Dei, in hunc refrige-
rij locum introducuntur, atque hic post horrenda illa
supplicia pauantes, perfectionem beatitudinis sue, cum
patientia præsolantur. Sic Vincentius. Quocirca
ob res etiam iudicio imperfectionum leuissi-
mas, multi detruduntur ad purgatorium, etiam
benè sed non perfecte viuentes.

Anno 1597. mortui sunt me præsentem in
Collegio Romano duo Fratres scholastici, mei
condiscipuli, M. Antonius Ridolphinus, &
Celsus Finettus Senensis, ambo valde exem-
plares, modesti, deuoti, obediens, vno verbo,
nullum vnquam in vilo eorum peccatum, nul-
lam imperfectionem notauit, viuendo cum il-
lis aliquot annis, tamen, vt scriptum est in An-
nui litteris Societatis impressis (& ante mor-
tem eorum res erat inter nos vulgata) Beatissi-
ma Virgo Maria apparsit Celso Finetto di-
xit, eum saluum fore, sed 4. annis in Purgato-
rio futurum, Ridolphinum verò tantum duo-
bus, & post mortem eius, hunc quoque (vbi
contigit post 15 circiter dies) moriturum.

Sed præstat hanc historiam referre ipsis ver-
bis, quibus ea descripta est à Sebastiano Ber-
tario, ad XI. Kalendas Octobris. Celsus Finettus
magne pietatis, puriq; candoris, & egregie expectatio-
nis adolescens, cursum & ipse suum consummauit. Sex

hic fuit annos in Societate, cum vicesimum tertium a-
tatis ageret. Patria fuit Senensis, cultui Matris Virgi-
nis præcipuè addictus, quam etiam in morte visam,
mortem sibi & salutem cerò prædixisse narrauit. Diè
quoque purgantium penarum in quadriennium fi-
nendam nuntiasse, adcesse in super Beatissimam Ma-
trem, M. Antonium Ridolphinum, adolescentem 22. an-
norum, quatuor tantum in Societate, quem ipse in Lo-
gica studij habuisset, condiscipulum, & fortè per id
tempus egrotabat, non longo intervallo sequenturum:
non tamen illi vltra biennium purgatorij carceris fini-
tam diem. Quod cuiusmodi accipiendum sit, ad execu-
tiendam tamen è nostro pectore socordiam, scribendum
visum est, ne quis inani fiducia expeditum sibi fore trā-
situm ex his arummi blandiatur: cum duas tanto can-
dore animas, que tanta sinceritate sua primicias atatis
Deo dedicassent, iter ad celeste gaudium tanto pena-
rum vallo obseptum habuisse audiamus. Non inane au-
tem aut vmbatile fuisse visum, multi indicant: cum
insolita ex eo tempore lætitiâ ipsius animus perfrueret-
tur, nec nisi de futura vitâ libenter iucundeg, sermones
vel haberet vel admitteret. Sed multò magis eius rei
fidem confirmauit, alterius pari probitate pietateq;
Condiscipuli. Quarto id. Octobris, consequuta mors.
Huculque Annæ litteræ Collegij Romani,
Anni 1597.

Sergo isti duo, quos vidi religiosissimè vi-
uentes, & planè irreprehensibiles, tã diu in pur-
gatorio fuerunt, quid timendum est non tam
perfectè viuentibus? *Va etiam laudabili vitæ homi-
num, inquit S. Augustinus, si remotâ misericordiâ
discutias eum.* Quocirca, cum præter cætera à
Deo collata munera, hoc etiam bonum naturali-
ter sit institum homini, vt ait B. Laurentius Lu-
stianus, vniuersa videlicet abhorreere pœnalia, vi-
lia verò semper desiderare & leta, potissimùm si qua-
litate eorum gustu didicerit: sunt tamen innumeri
qui naturalis rationis parui pendentes donum, ac pec-
cudum more degentes, sectantur noxia, & à lege Dei
prohibita, proficua verò & sancta despiciunt, que pa-
cem præstant & vitam &c. Ignorant prorsus qui tales
sunt, quanti sit ponderis peccare in Deum, ipsiq; præ-
cepta negligere, nec non quanta (exigente iustitiâ) ex
suo reatu delinquens plectendus sit pœna. *Vitam in-
quit S. Prophet. de talibus) saperent & intellige-
rent ac nouissima prouiderent!* Proinde magna est
adhibenda cura, ne ob peccata commissa, &
hic plenè non expiata, pœnas luamus in pur-
gatorio.

Thomas à Kempis in vitâ Gerardi Magni
scribit: Quamuis perexiguo tempore, debuit
purgatorij ignibus expurgari Ioannes Rusbro-
chius, quamuis ipsius fuerit sanctitas, etiam
signis & prodigijs Apostolicâ autoritate pri-
dem inquisitis, & libris eius planè celestibus
commendata.

Hinc etiam sancti viri timebant purgato-
rium, & preces pro se fundi petierunt. Vt Mo-
nica, teste S. Augustino libr. 9. Confess. cap. vlti-
mo.

S. Carolus Boromæus tale sibi viuens Epitaphium posuit: Carolus Cardinalis etc. S. Præxedis Archiepiscopus Mediolanensis, frequentibus Cleri populiq; ac deuoti seminei sexus precibus commendatum: se cupiens, hoc loco monumentum sibi e-

legit. S. Teresia in sine prologi foundationum, Ab eo, inquit, quicumque hac legerit, Salutationem Angelicam peto, vt per eam inuèr à purgatorio exeundum. Et in sine mansionis 7. Vos obsecro, vt quotiescunque hac legetis, meo nomine Maiestatem eius maxime perè dilaudetis, ab eoque Ecclesia ipsius incrementum, Hereticorum illuminationem, mihi verò peccatorum meorum remissionem, & à purgatorio ereptionem liberationemq; postuletis. S. Ludouicus Galliarum Rex, inter alia quæ Philippo suo filio in mandatis dedit, id in testamento suo posuit: Sub sinem hortor & adiuro te, Fili mi, vt si mihi contigerit ante te migrare ex hac vitâ, vt toto Regno Francia pro animâ meâ cures offerri Deo præces & Missæ sacrificia.

S. Ephrem ante mortem: Hortor vos, inquit, vt loco suauis aromatum odoris, vestris me adiuuetis orationibus, in ipsis continuè mei memoriam faciatis. S. Gregorius in Plal. 3. pœnit. Quia illum transitorum ignem omni tribulatione præfenti æstimo intolerabilem, non solum in furore æternæ damnationis opto non argui, sed etiam in irâ transeuntis timo

correctione purgari. Non mirum, quia, vt sensit Cardinalis Bellarminus, vix vlli iusti homines, nisi ex magnâ misericordiâ Dei, pœnam purgatorij acerbissimam euadunt, ita vt rectâ ex corpore ad cælum euolent. Et ita ipse, in litteris ad me tunc Craconiæ manentem, datis 24. Iunij, tribus mensibus ante suam mortem, propriâ manu scriptis, vti humillimus & modestissimus, hæc formalia verba Italicè scripsit: Si R. V. me amat, duo mihi impetret à Deo, felicem mortem, & breue purgatorium. Et cum paulò ante suam mortem, vultasset eum R. P. N. Generalis Mutius, eumque nomine Cardinalis Vrsini, Braciani tunc manentis, saluasset, dixissetque Cardinalem Vrsinum sperare, quòd D. Sua Illustriss. rectâ esset itura ad cælum, sanctus Cardinalis respondit: Ego verò hanc spem non habeo. Ita vit humillimus & Deo plenus, difficilem putabat ad cælos rectum sine morâ purgatorij ingressum.

Li. de amiff. gratia c. 13. fin.

21. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

c. 38. vitæ.

Sanè S. Teresia de se, scribit: Quamuis multarum animarum statum mihi Dominus reuelare dignatus sit, ex omnibus tamen quas vidi, animabus, nescio an vlla purgatorium euaserit, præterquam Religiosi illius, de quo paulò ante verba feci, & Sancti Patris F. Petri de Alcantara, nec non illius Dominicani, cuius supra memin. Sed post hoc tempus vidit postea multos ad cælum rectâ euntes.

Et quod mirabilis est, (etsi omnino falsum) nullum fuisse à purgatorio liberum, etiam ipsos Apostolos, senserunt quidam antiqui Doctores, Origenes, Augustinus, Hilarius. Qui etiam immeritò Beatissimam Virginem Ma-

Orig. in Pl. 3. 6. & h. 4. in Lucam.

riam illud transisse insinuant, nisi fortè velint dicere, transisse illud sine vilo sensu pœnarum, vt inde quamplurimas liberaret animas, quòd diuinitus concessum fuisse etiam aliquibus Sanctis, legimus in historiis Ecclesiasticis, De S. Francisco id scribit Pisanus, & Marcus Vlyliponenfis. De S. Laurentio Martyre idem scribit S. Gregorius Turonensis, qui ait S. Laurentium Martyrem singulis ferriis sextis, liberare vnâ animam è purgatorio. De S. autem Francisco citati auctores scribunt, probante Luca Wadingo accurato Historico, id esse acceptum ex reuelatione: eum, nimirum semel in anno descendere ad purgatorium, & inde extrahere animas eorum, qui sub suis militauerunt institutis. Leonardus Albertus in vitâ Alberti Magni, scribit meritum eius sex millia animarum à pœnis purgatorij liberata. S. Antoninus ait vnâ animam cuiusdam Minoritæ duas animas è purgatorio eduxisse. Surius recenset Coletam Virginem magnâ gloriâ relucentem, ab Angelis in cælum ductam, multis eam sequentibus animabus, quas suis meritis & precibus è purgatorij pœnis liberauerat. Et Lyduinam, seu Liduigem, adhuc viuentem ductam in spiritu ad loca tormentorum, liberafse à grauissimis pœnis, animam cuiusdam Sacerdotis, idem Surius scribit. Hoc ergo modo Beatissima Virgo Maria potuit transisse purgatorij locum sine vlla pœnâ, sed vt illud euacueret & animas omnes inde ad cælum secum transferret.

Sanctus quoque Hieronymus in illa verba Prophetæ Amos, Ecce vocati ignem ad iudicium, & Lactantius, putarunt omnes omnino post mortem in purgatorio purgari. Hos tamen Bellarminus explicat in bono sensu. Si Bell. l. 6. ergo adeò difficile est euadere pœnas purgatorij acerbissimas; omni conatu laborandum est, ne illas post mortem subeamus, ad quod, hoc Collectionis annuæ tempus est aptissimum, quo commodiùs adhiberi possunt à nobis modi eas euadendi, & plenè satisfaciendi Deo pro peccatis commissis à nobis, & nondum expiatis.

Aug. de Plal. 36. & 118. Hilari. in illud Plal. 118. Consequit. an. mea de fid. iustissim. Plal. 7. 2. Conf. 3. Mar. 2. 7. L. 4. c. 9. Gr. de land. 8. L. an. Wad. 24. An. Chr. 1371. nec. 28. An. int. 24. cap. 9. 5. it. Sur. 6. Mart.

Sur. 14. Apt. in rita Lidu. p. 3. c. 1. Hier. in cap. 7. Amos. Lact. l. 2. in l. c. 11. Si Bell. l. 6. purg. c. 1.

1. 6. R. cap. 7.

CAPVT VNDECIMVM.

De modis euadendi pœnas Purgatorij in hac vitâ adhibendis.

Modi abolendi in hac vitâ pœnas peccatis debitas, & purgatorium euadendi sunt hi: Primò, opera iusti, quæ sic enumerat Concilium Tridentinum: Si quis dixerit, pro peccatis, vbi ea quo ad pœnam temporalem minimè Deo per meritum Christi satisfieri pœnis à Deo influctis, (hoc est, vt c. 9. dixerat, temporalibus flagellis, seu tribulationibus)

136. Et. can. 13. & c. 6. cap. 14. cat. pia. v. ritualis v. c. 9. v. c. 9. c. 11. c. 12.